

cata, var. *petræa* b). Cum his comparari possunt: *Spergula arvensis* β. *pentandra*, (*Potentilla collina*?) *Helianthemi* varie-
tates incanae. *Leontodon Taraxacum* γ. *Hieracium muronorum* α.
(quo ad *H. pellucidum*). *Gnaphal.* *uliginos.* var. *simplex*
(Læst. V. A. H. 1825). *Juniperus communis* var. *nana* (ra-
mul. squarrosis, foliis latioribus in monte prærupto Isjach
Lappón. Pitensis); *Carex ornithopoda*, *Carex canescens sub-*
pedata (vide infra) etc.

§. 46.

Regio alpina, subdividitur in *nivalem*, *glacialem*, *alpi-*
nam proprie sic dictam, *subalpinam*, *inveralpinam*, quibus
regionibus diversa oritur vegetationis indoles, pro diversa
locorum elevatione supra mare, sub certa orbis terrarum
latitudine.

Regio nivalis ita definiri potest, quod ea sit regio sum-
marum alpium, qua nix jacet intacta, i. e. nunquam solvi-
tur. His regionibus nihil est, nisi non habitabile frigus;
viventium aut vegetabilium vestigium nullum.

quid esset, nec devinare potui, antequam fructum subdenticulatum
animadvertissem.

b) Culmo bipolllicori setaceo, subbifloro, in monte Nammats Lappón.
Lulens. 1821.